ad quam deuertebatur captiuitate recepturum. aesernia & alba colo
niae ab italicis obsessae sunt. auxilia deinde latini nominis & exterarum
gentium missa populo r. & expeditiones inuicem expugnationesque ur
bium referuntur. EX LIB. LXXIII. L. iulius caesar cos male ad
uersus samnites pugnauit. nola colonia in potestatem sa
mnitium uenit l. postumio praetore qui ab his interfectus est. com
plures populi ad hostes defecerunt. cum p. rutilius cos. parum prospe
re aduersus marsos pugnasset & in eo proelio cecidisset. c. ma
rius legatus eius meliore euentu cum hostibus acie conflixit. sex
sul paelignos proelio fudit. q. caepio legatus rutilii obsessus
prospere in hostes inrupisset & ob eum successum aequatum eo cum c. ma
rio esset imperium temerarius factus & circumuentus insidiis fuso exer
citu cecidit. L. iulius caesar cos. feliciter aduersus samnites pugnauit ob eam uic
toriam romae saga posita sunt. & ut uaria belli fortuna esset aeser
nia colonia cum m. marcello in potestatem samnitium uenit. sed & c. ma
rius proelio marsos fudit hirio asinio praetore marrucinorum occi
so. c. caelius in gallia transalpina saluios rebellantes uicit. EX LIB. LXXIIII.
CN. pompeius reb. picentes proelio fudit obsedit propter quam uic
toriam romae praetextae & alia magistratuum insignia sump
ta sunt. C. marius cum marsis dubio euentu pugnauit libertini tunc
primum militare coeperunt. aurelius plotius legatus ubros. l. por
cius praetor ubros cum uterque populos defecisset proelio uicerunt
nicomedes in bithyniae ariobarzanes in cappadociae regnum re
ducti sunt. cn. pompeius cos. marsos acie uicit cum aere alienos
praessa esset ciuitas a. sempronius asellio praetor quoniam secundum

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/cpl894/0193